



MELISMATA,

queis

M. JOHANNI PAULO

CRUSIO P. L.

Fausta OMINA precantur

PATRONI, FAUTORES, AMICI.

ARS fingit vates, fatuos sed opinio reddit:
Arte vales, vatis nomina ritè geris.

Honoris ergò faciebat

Jan-Bernhard Maltzan, Liber Baro à
Wartenberg & Pencelin, in Militz, &c.

Aliud

LAurigeri multi, pauci quos jure Poetas
Dixeris: illa venit quia vis verè enthea mentis
A Superis; emitur Laurus sed sæpius Auro.
Asi tua sat CRUSI nota est sudore parata
Doctrina; ut meritò Laurum tibi doctus Apollo
Contulerit, gnavi precium non vile laboris.
Gratulor ergo, precòq; diù quò fama perennet;
Non secus ac Laurus vernans quæ durat in ævum.

Lubens asscripsit

Jan-Georg Czigan, Lib. Baro
de Slupska, &c.

Aliud

SI prodesse queunt, aut delectare Poeta,
Certè cum fracta CRUSIVS id poterit.

Si